



36a

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

15
VIRO
PLVRIMVM REVERENDO ATQVE DOCTISSIMO,
DOMINO
M. FRIDERICO AVGVSTO
LYSIO,

PAST. SVBSTIT. VOIGTSTAD.
FELICITER MERENTI,
NVPTIAS
CVM

NOBILISSIMA LECTISSIMAQVE
VIRGINE,
FRIDERICA AMALIA
HICHTELIA,

VIRI
PL. REVERENDI AQVE DOCTISSIMI,
M. GOTTFRIED. HICHTELII,
PAST. BORNSTAD. BENE MERITI,

FILIA ALTERA,
FELICIBVS AVSPICIIS
BORNSTADII CELEBRANTI

XI. Cal. Iul. A. R. S. MDCCCXXXVII
ex animo gratulatur

M. IOH. GOTTWALD. STOEPEL.

ISLEBIAE,

PRELO IO. PHIL. HULLMANNI CONSIST.

TYPOGRAPHI.

AK



te, morosi, procul ite, vosmet
Obsecro, o fores Veneris pudicae,
Nil prius vestra, male diſtantes,

Caelibes vita.

Commoda humanae ſocialitatis,
Ordinem ſanctum genitricis almae,
Et Dei ipſius violare iuſſa,

Vita beata eſt?

Non puto. Indigni ratione, multi
Sic ſuam vitam, dolor eſt fateri,
Turpiter viuunt, patriae ſuaeque

Commoda laedunt.

Sunt quidem, fato, thalamis inepti,
Sunt, Dei dono, quoque continentes,
Sunt & innupti merito, qui iniqua

Sorte premuntur.

Caelibes ſunto maneanque cuncti
Hi; modo iuſtam ſtatuant amori
Coniugum caſto pretium, nefando

Crimine puri.

Spiritus tristes, homines superbos,
Arguo, crimen veluti, iugales
Qui tori tacidas fugiunt, amorum

Furta petentes.

Pro scelus! Causas repetam: molesta
Faemina, dicunt, misero marito
Non datur maior cruciatus Orco

Eumenidumque.

Non nego. Lecti sociam pudicam,
Moribus castis, animi potentem,
Integram vitae scelerisque puram,

Ducere oportet.

Verum, vbi, pergunt, vbi sunt locorum
Hodie? nulla Eurydice maritum
Virget, vt raptam reuocare tentet

Orbus ab Orco.

Sunt, adhuc nostris, animae, diebus,
Pristinae aetatis similes puellis,
Caeteras quae sic superant, velut vi-

burna Cupressi.

Porro, non castas generisque honesti
Faeminas tantum cupiunt superbi
Caelibes: pulcras, opibus potentes

Ducere quaerunt.

Est odor lucri bonus omnis. Esto,
Vestra sit nummis specieque praestans
Sponsa: nec deerit, placeat iugale

Foedus inire.

Foedus at lecti male nuncupatur
Seruitus: turpe est, iuga sic subire;
Anne libertas pretio vel auro

Venditur vlli?

Seruitus non est eadem voluntas
Coniugum, casti sed amoris arcum
Vinculum, si quos Hymenaeus ambos

Foedere iungit.

Sis mihi exemplo, VENERANDE AMICE,
Cum TVA SPONSA, TIBI quam iugali
Hodie iungis thalamo, forem,

Auspice Phoebō.

VOS, NOVI, vero sociati amore,
CONIVGES, numquam, scio, poenitebit
Copulae: experto, (querulus recorder,)

Credite amico.

Gratulor VESTRAM, sine fraude, sortem,
Gratulor VOBIS & VTRIQVE PATRVN,
Gratulor GENTI VENERANDAE VTRIQVE

Gaudia voti.

Non mihi virtus TVA prædicatur,
SPONSE, non SPONSAE celebrantur artus
Corporis pulcri, animique dotes,

Carmine blando.

Sit fati: VOBIS eadem voluntas,
Et Domus idem est honor vtriusque,
Est quoque AMBOBVS similis benignae

Gloria fortis.

Euge! felices agite, & nefandus
Abfit Aftmodi, fugiant dolores:
Crescite ad feros, thalamo secundo,

Vsq̄ nepotes.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!


ULB Halle 3
002 108 178



Sb.

1077

R.40



VIRO
PLVRIMVM REVERENDO ATQVE DOCTISSIMO,
DOMINO
M. FRIDERICO AVGVSTO
LYSIO,

PAST. SVBSTIT. VOIGTSTAD.
FELICITER MERENTI,
NVPTIAS
CVM

ISSIMA LECTISSIMAQVE
VIRGINE,
ERICA AMALIA
HICHTELIA,

VIRI
ERENDI AQVE DOCTISSIMI,
FRIED. HICHTELII,

ST. BORNSTAD. BENE MERITI,
FILIA ALTERA,

ICIBVS AVSPICIIS
BORNSTADII CELEBRANTI

Cal. lul. A. R. S. MDCCC XXXVII

ex animo gratulatur

GOTTWALD. STOEPEL.

ISLEBIAE,
IO. PHIL. HULLMANNI CONSIST.

TYPOGRAPHI,

AK

